

Angers 31 (lat)

INCIPIT APENNIS^a

Dum non est incognitum, qualiter aliquis homo nomen **illo** et cogive sua **illa** in terra eorum^b in loco **illo** per nocte fuit, a pessimis naufragium passus et exinde perdidit et pecunia sua et mobele suo seu et strumenta sua, quam pluremas vindicionis, dotis, conposcionalis, contullicionis, pactis, conmutacionis, convenencias, securitatis, vacuaturias, iudicius et noticias; unde necesse ei fuit advocare iudecis seu et vicinis circa manentis seu et universa parocia **illa**; et ibidem invenirent et ostia sua fracta et portis suas conquasatis et ipso loco graviter devastada. Proinde petiit ad ipsos bonis |¹ hominibus, in eundem prospecto accesserunt, invenirunt, sicut^c tum esset, cuius nomina subter sunt inserta, ut hanc noticia relacione praesto^d ei adfirmare deberunt. Quod ita et fecerunt, qualiter melius possit Andecavis civetate^e adfirmare.

^a APENNIS] *verbessert aus appenes Fu₂*

^b in ... eorum] *für intēorū Fu₂, so auch Mab; inter eorum ediert Zeu*

^c sicut] *für sicuc Fu₂, so auch Zeu*

^d praesto] *für prosto Fu₂, so auch Mab*

^e civetate] *civet̄ Fu₂*

¹ [fol. 157^v]

